







PIIS MANIBVS  
VIRI

PRÆNOBILISSIMI, CLARISSIMI, DOCTIS-  
SIMIQVE DOMINI

D O M I N I

JOH. FRIDERICI  
MICHAELIS

Philosophiae, dum uiueret, Doctoris  
multo dignissimi,

POSTQVAM  
IN OPTIMO

AETATIS SVAE FLORE

NON SINE ACERBO

PARENTIS, AMICORVMQVE

DOLORE

*A. O. R. clo lccc xxiv. Pridie Id. Mart.*

E uiuis placide discederet,

MOESTI EX OBITV IVSTA SOLVEBANT

CIVES PANNONII.

---

VITEMBERGAE, LITERIS FINCELIANIS.



Ur modo PANNONIDES plangunt? cur poste cupressum  
Suspendunt moestam, scire Viator aues?  
Sanguine Pannonico cretus, Spes unica PATRIS,  
Et Senii columen, praesidiumque cadit.  
Infelix casus! quo iam modo grandior aetas  
Nitetur fulcro, tristis in orbe PATRIS?  
Pone metum! Deus est PATRIS iam firma columna,  
Dum cadit, et casu FILIUS astra petit.  
Sic felix casus! fit uterque beator illo:  
Ille Deum columen; prenat hic astra Larem.

*Supremo honori dabit*

M. FRANC. HORVATH BIBITHY,  
Neogradienfis Hung.

Equalem Titan iterum nunc reddere noctem  
Luci tentabat, noxia Parca venit,  
Hæc mutat lucem lætam cum morte perenni  
MICHAELIS nostri, ceu pia fata volunt:  
Vos non perpetuo fratrem lugete peremptum,  
Gaudia læta canit mente serena DEO.

*Affectus refrendi causa scribebat*

ANDREAS JANOSSIK

Ilzzebna-Arvenfis Hung. SS. Th. & Phil. Cultor.

Siccine post luctum, luctus spes invidã novit,  
Cunctaque perpeffis asperiora dare,  
Infelix! cordate Senex, quam funera Tecum  
Denfantur, causas Tu quoque luctus habes.  
Junius Uxorem, gnatum sed Martius humo  
Sustulit; hinc lachrymas duplicat atra dies.  
Flebile tempus adest, cecidit spes unica PATRIS  
Extorris, qui re dulce levamen erat.  
Concidit heu! PATRIS non deneger indolis hæres.  
Si quis ob ingenium, vivere dignus erat.



Tu gnatum lugens, & nos lugemus Amicum,  
Jam caeli ciuem, quid iuvat ergo queri!

*Officio supremo satis facturus lugens apposuit*

**JOHANNES LONGAY,**

Veruzolio-Hung. SS. Theol. Stud.

**M**orte cadit Juvenis! mortales cernimus id, quod  
MORS CERTA EST, tempus perbreve, VITA NIHIL  
Transvolat hora levis, neque scit fugitiva reverti:

Nostra simul properans vita caduca fugit

Excipit innumeros, duros, brevis hora labores,

Et redit in cineres, qui fuit ante cinis.

Carus erat Patri; Superis ast carior ille

Hinc Patrem linquens vivit in axe Poli.

Ergo Pater nimum conceptum mitte dolorem.

Namque Senes, DOMINUS deseruisse nequit.

*Hicce, erga pios Manes beate denati, quondam Nob. atque Clarissimi  
Viri DN. M. JOH. FRID. MICHAELIS, moesto animo, officium  
suum testari voluit, &c debuit*

**JOHANNES BERACS,** Rarkoviensis Hung.

SS. Theol. & Phil. Cultor.

**C**ur, dilecte DEO, fugis heu! maestumque relinquis  
Patrem, omnesque Tuos? orbi spes unica Patris!  
Scilicet, ut JESUS frontem redimire corona

Possit, deproperas? Dignus, quem secula multa

Commemorent, Musæque canant; sed dignior astris!

*Maestus subjicit*

**MICH. GRECZIUS,** Rosnav. Hungar.

SS. Theol. & Phil. Stud.

**N**ec potuit probitas Gnati, nec vultus amœnus  
Flectere, non ætas, nec pia turba DEUM,  
Irrita spes hominum! tumulasti maestus Eundem,  
Qui debuit posthac, lætus humasse Senem.

*Lugens adjecit*

**JOH. FRID. MICHAELIDES,** HUNG.

SS. Theol. & Phil. Cultor.

**C**ontinua curæ, permulta incommoda Vitæ,  
Cessant cum morbis, Te Tua vota juvant.  
Sic mutas felix morbos cum morte beata.

Nil superest, quam nunc, molliter ossa cubent.

Tu Tristis Genitor, statuas stillantibus undis

Finem, nam statim, perditam suscipiet.

*Ita Praeceptoris fidelissimi & amici optimi obitum lugebat*

**SAMUEL SEVERINI** HUNG.

SS. Theol. & Phil. Cult.

In Joseph ruht allhier / dem in den besten Jahren  
Der Tod die Studia zusamt dem Leben söhrt  
Was Wunder wenn man nun von seinem Jacob hört  
Ich werde bald mit Leid auch in der Grube fahren.

GFORGILIUS SAAROSY, HUNG,  
SS. Theol. & Phil. Stad.

Si quem fata vocant Parca sua stamina sistunt  
Vivere quis vellet vel superesse potest?  
Nil prodest herbas, Phœbi succosque potentes  
Et vel Pœonias adhibuisse manus.  
Dant exempla fidem, cecidit modo Morte feroci,  
Quem Pater & Socii pectore mente gemunt.

*Apposuit animo tristi*

JOHANNES STRANSKY

Galgocio-Hungarus, SS. Theol. & Philosophiæ Cultor.

Flos fueram factus, sed me fortuna fefellit,  
Noxia si certum est fallere fata pios.  
Grex probus aſt Christi non novit mobilitatem  
Fati, quin credit vertere cuncta Deum.  
Nec mea, care Pater, Te mors perturbet avara,  
Tristia cum Numen tollere cuncta queat:  
Scilicet in cœlis parvo post tempore mecum  
Gaudia gustabis: Sic mala fata ruent.

*Mœsus adjecit*

MICHAEL COLOPHON

Arva-Hungarus, SS. Theolog. & Philosophiæ Cultor.











# PIIS MANIBVS VIRI

PRÆNOBILISSIMI, CLARISSIMI, DOCTIS-  
SIMIQVE DOMINI

# FRIDERICI HÆLIS

dum uiueret, Doctoris  
to dignissimi,

POSTQVAM  
IN OPTIMO

IS SVÆ FLORE

N SINE ACERBO  
S, AMICORVMQVE

DOLORE  
*1600. Pridie Id. Mart.*

placide discederet,

OBITV IVSTA SOLVEBANT

ES PANNONII.

GÆ, LITERIS FINCELIANIS.



*Si quis op magnus, vivere dignus est.  
Cœdite hœu! PATRIS non denegat indolis hæres.  
Fœtoris, qui re dulce levavit, erat.  
Fœhoris tempus adest, occidit spes unica PATRIS.  
Sulphur? hinc inclinat, hinc adhaeret, hinc hinc.*

